Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Verona



Veronam pulcherrimam et preclaram Venecie urbem alpibus finitimam / Quam Athesis fluuius di-
uidit / conditam est ex Trogo Pompeyo Iustinus / Gallos qui urbem Romam ceperunt et pariter q 4
Mediolanum / Brixiam et Bergomum edificasse / licet alii Girardi Cremonensis episcopi sententie inhe-
rentes / post Troye excidium constructam asserunt / Nec tamen unus cingit quem diuidit Verona Athesis
ut custodie simul ornamentoque et subuehendis reuehendisque mercibus et fructibus magno sit usui Vero-
nensibus / quandoquidem supra infraque et circa ager est precipue bonitatis multa exigens in urbem
conuehenda / olei ~~vini~~ maximam / frumenta incolis in mercatura superhabundancia / vinorum varieta-
tem atque prestanciam / pomorum omnis generis copiam / Et lanam ceteras Italie subtilitate superantem
de qua subtilissimi efficiuntur panni / Lane prestancia greges et armenta a pastoribus preciositate accipiunt /
Circa prata campique prospectu quoque amenissimi naturaliter prestant / Quum tamen mons altissimus
urbi supereminens Baldus nomine et candidis herbis suis ingentia et multo maiore virtute prestet / quo herbi-
logi undique confluentes multa herbarum radicumque genera animantium saluti opitulancia inde legant /
Diuerse etiam per agrum Veronensem statuerunt aque non unius ornamento a natura sed usui attribute / Hec p
ciuitas ita Romanis principibus grata extitit / ut in ea Amphiteatrum romano more nonnullaque alia con-
structa sint edificia / Ibique deinde a Gottis Longobardisque regibus / nec non et ab aliis principibus domus
excelse / alta palacia / pulcherrima templa / inexpugnabiles arces et castella fuerunt constructa / Vinorum
prestancia uno extollitur argumento / Theodatus Ostrogottorum rex terras / quod sciret in Veronensi agro nensi A
esse vinum sicut Cassiodorus appellat acinati odoris saporisque suauissimi / illud Roma nauibus Athesi
in superum mare delapsis comportari curauit / Urbis huius gesta sub vario fuerunt euentu / Attila enim
Gotthorum rex eam cepit et incendit / Albuinus primus Longobardorum rex ibidem Rosimunde uxoris insidiis
~~dst~~ occisus fuit / Ibi Rudolphus Imperator Berengarium Imperatorem superauit et occidit / Nobilissima Itali-
gerorum familia et ipsa Veronensis tyrannidem occupauit / et per 10 annos cum maximo splendore Scaligerorum herrn von der leittern
Verone dominata est / Tandem ea urbs in Venetorum manus deuenit / Quam splendidiora Verone sint et ce-
teris urbibus ornamenta / uiros omnis etatis prestantes attingamus / Zenoque sit religione christiana
et suam ipsius dedit sanctitate primus erit qui Verone presul multa scripsit extancia / sacras veteris
usque testamenti litteras declarancia / Emilium Macrum Veronensem poetam / Eusebius / in Asia obiis-
se asserit / paulo post / Catullus poeta / subinde utrumque Plinium Genuit et Guarinum oratorem orna-
tissimum et alios